



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere  
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem  
libros partitum**

**Marulić, Marko**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 M 1298**

de nominibus dæmonum proprijs. cap. 11.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35578**

primorum parentum crimine corrupta origo subdiderat, quosq; idem idolorum cultura subuersos iugo pernitiosæ seruitutis oppresserat. Cessauit itaque mundus dæmones pro dñs habere post euangelij vulgationem cessauit & infernus esse fidelium animarum receptaculum, cum Christus in cruce se confitentibus promittere cepit paradisum. Coluber tamen tortuosus hac tanta potestate exutus, aliud fallaciarum genus commentus est: disseminare hæreses cepit & ad vitia concitare. Atque hoc illi permissum sicut diximus, vt sanctorum robur atque constantia innorescat & scelesti tunc saltem cum damnati fuerint intelligant, quam immundo spiritui obsecuti sint, quam bono domino derelicto. In istos igitur & p iustis in Isaiâ exclamat deus. & ait: *Esaiæ. 55.* Ecce ego creauit fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum, & ego creauit interfectore ad disperdendam omne vas, quod fictum est contra te, & omnem linguam resistentem tibi, iudicio iudicabis. diaboli itaque vasa sunt, qui erroribus catholicam fidem impugnant, atque ab ñs qui pro veritate resistunt damnandi, vt & victi pœnas. et victores gloriam sortiantur. Sequitur enim: Hæc hæreditas seruorum domni & iustitia eorum apud me dicit dominus.

### De nominibus dæmonum proprijs. Caput xi,

**A**D hæc vt plenius dæmonum deprauata natura nobis nota sit, scrutemur in scripturis, nam varie aliquando appellati fuerint, & ipsa nominum diuersitas diuersa illorum vitia monstrabit. Atque vt a proprijs peculiaribusque incipiamus dæmones vocantur, nō quia dæmones, id est, scientes sint, sed dimenim (vt Eusebius inquit) hoc est, terrere consueuerunt. Terrorem enim sunt nobis cum visibiles apparent. Diabolus appellatur, qa peccatorum accusator est quem em græci diabolum eum nos criminatorem dicimus. Satanus. & Zabulon Hebraicum est. hic fluxus noctis interpretatur, ille aduersarius, quoniam in tenebris dæmonum

**Spūs neq̄.**  
**Belial.** sunt opera, & perpetuo odio persequitur sanctitatem. Hi etiam spiritus nuncupantur, sed non sine additamento malitiæ vel nequitia. Spiritus enim sunt, omni prorsus prauitate pleni, omni immunditia referri. Belial interpretatur absque iugo, vel absque domino. Nam superbia elatus dixit, Ponam sedem meam in aquilone, & pro similis altissimo. Excusso igitur obedientiæ iugo, dominum pari noluit, ideo ad ima deiectus, adhuc non cessat superbire, & homines conculcare velle. Asmodeus in Tobia legitur. Interpretatur autem facturæ iudiciū vel plasmatio iudicantis. Quia factus est ad malorum vindictam, probationem vero bonorum. Beelzebub muscarum deum sonat. Nam cum omnibus reia intendat, muscas tantum, id est infirmos, capit, fortioribus non præualet. Mammona Syrum Hebræo mixtum vocabulum est, & diuitias vel cupiditates designat. His ille imprudentium mentes implicat, ne deo seruire queant, cū mammonæ cœperint famulari.

¶ De nominibus dæmonum brutalibus. Cap. XII.

**Bestiæ.**  
**psal. 72.** **D**æmonibus præterea, quoniam ex angelica in brutalem quodammodo conuersi sunt naturā, bestiarum nomina tribuit scriptura. Vnde & Dauid orat dominum, dicens. Ne tradas bestiis animas cōfidentes tibi. Et idem alibi, Increpa (inquit) bestias calamini. Fragilis est enim ut calamus, qui se ab his vinci patitur, & non porius ad auxilium dei recurrit ut vincat.

**Ezech. 34.** In Ezechiele quoque promittit dominus facturum se, ut cessent bestiæ pessimæ de terra, quod partim in primo Christi aduentu impletum, partim in secundo implendum credimus, cum omnes bestiæ istæ in barathrum inferni detrudentur. Hi & leones & dracones dicuntur, quia nunc aperte nos inuadunt ut leo, nunc occulte nobis insidiantur, ut dracones. Aspis quoque diabolus est & basiliscus, illis duntaxat quos primo congressu supe-

**Leones**  
**Dracones.**